

Anno 1641 die 14 Febr. Venerabilis S. Vito festi
d. Franciscus bisser ab haeretica plebe crudeliter occi-
si. Nea. Praga in conventu S. Maria ad Noves. P. Fredericus
Bachiccius presens Campanus dico. L. Joannes Mariana His-
toria. P. F. M. etiam invenimus a Petri voto.



5. F. Hieronymus a Melioloano Diaconus. 6. F. Caspar, a Varesio Subdiaconus.
7. F. Fabio de Augusta. 8. F. Clement. 9. F. Ioan. Clerici. 10. F. Christophorus.
11. F. Didacus. 12. F. Emanuel. 13. F. Antonius Laci Germani. 14. F. Ioani.
Laci Ital. Martini corpora triduo deuadali jacuerunt, & post occisionem
visi c. & luminibus & concensu intra Ecclesias professionaliter cir-
cuire. Corpora post 4. annos exhumata recentis sanguine compresar
fuerere reperiti.



Univ. Bibl.
München

USQUE IN
SÆCVLVM NON DELEBITUR
(Eccl. 39. v. 12.)

MEMORIA
XIV. VENERABILIJM
SERVORUM DEI,

EX

Sacro Ordine Minorum S.P.FRANCISCI
 Seraphici Strictioris Observantiæ nuncu-
 patorum.

QUI

Neo-Pragæ ad S. MARIAM ad Nives,
Anno 1611. Die 15. Febr.

Ab Hæreticis crudeliter necati,

ET

Elapso à passione eorum Sæculo primo, hâc brevi
 Historiâ & metrô

A

Conventu præfato S. MARIAE ad Nives honorati sunt:

ANNUS

Scripturistico-Chronographus:

et seMen ILLIVs In beneDICTIone erIt.
Psal. 36. v. 26.

NEO-PRAGÆ, typis Hampelianis impressit Joannes Georgius Hoffæcker.

1711

SACRAE MONUMENTA
HISTORIE IN
SACRAE MONUMENTA
(1548 A.D.)

NOMINA
HORUM XIV. VENERABILIJ FRATRUM
OCCISORUM.

P. Fridericus Bachstein, Vicarius Conventus.

P. Joannes Martinetz, Hispan. Sacrista.

P. Simon, Gallus, Nationis suæ Confessarius.

P. Bartholomæus à Bergamo.

Clerici F. Hieronymus à Mediolano, Diaconus.

F. Casparus à Varesio, Subdiaconus.

F. Jacobus, Augustanus.

F. Clemens.

F. Joannes, Novitius.

Laici F. Christophorus.

F. Didacus.

F. Emmanuel.

F. Joannes.

F. Antonius, Novitius.





MS.

BREVIS RELATIO CRUDELIS EORUNDEM PASSIONIS.

CAROLUS IV. Rom. Imp. semper Augustus, Boëmia Rex, circa Annum Domini 1347. Basilicam gran-
dem Neo - Pragensi in Urbe sitam, sub Honore B.
V. MARIAE ad Nives, unà cum Coenobio, pro RR.
PP. S. Ord. Carmel. magnificentissimè condidit; quas
Ædes subsequis temporibus antesignanus Sectariorum Ziska ne-
fando ausu deprædatus ac demolitus est. Locus ruderatus am-
plius quam 184. annis desertus stetit; donec ad humillimas P.
Francisci de Sosa, totius Ord. Min. S. Franc. Ministri Generalis pre-
ces, nec non ad instantiam Illustrissimi D.D. Zdenconis Adalber-
ti Popel, L. B. de Lobkovitz supremi Regni Boëm. Cancellarij,
gloriosissimæ memoriae RUDOLPHUS II. Rom. Imp. & Boëm.
Rex, præfato Ordini Min. S. Franc. Strict. Observ. nuncupatorum
Anno 1603. dictum Locum clementissimè donavit, Cæsareoque
Diplomate ad eundem introduci fecit; quam Donationem fel.
record. CL E M. PP. VIII. Authoritate Apostolicâ confirmavit.
Interea dum Fratres Minores profigendo Claustralii incolatu no-
vum suscitare Monasterium juxta indulta Summi Principis inten-
dunt, gravissimas ad Hæreticis contradictiones & remoras per-
petiuntur, quas nihilominus antè dictus D. Baro de Lobkovitz

potentiâ suâ itâ retudit repressitque , ut conatus adversariorum irriti redderentur. Erant verò ea majoris fomes odij : hâc enim de causâ excoecati illi tenebriones Religiosis Incolis Nivensibus insidias deinceps moliri , eos calumniari , acerbis quib[us]que modis persequi non destiterunt ; itâ ut hujusmodi scintillas cineris doloſo ſuppoſitas in fatale quondam incendium erupturas facile præſcire eſſet. Idipſum Fr. Christophorus , profeffione Lai-
cus , præſago quodam futurorum ſpiritu , triduo antequâm truci-
darentur , certam videlicet necem , omnibus in Domino congre-
gatis prædixit ; eapropter peractâ illi diligenti peccatorum fuo-
rum Exomologesi , Sacrâ ſeſe Syntaxi ad imminens certamen ipſa
die mortis , quâ erat 15. Febr. Anni 1611. præmunivere , affiduis-
que orationibus agonem ſuum DEO commendavâre.

Appropinquante igitur horâ 11. ante meridiem ecce tibi ad-
eſt ad Clauſtrum execranda hæreticorum ſcurrarum turma , tu-
multuans & jam fores perrumpens. Horum pars circum ſepta
excubant , ne cuiquam effugiendi pateret campus ; pars in Mo-
naſterium inſiliunt , ſtatimque in ſenem Fr. Christophorum ligna
pro foco portantem incurruunt ; qui primus in victimam coelo
acceptabilem gravifimâ flagellorum aculeis ferreis obarmatorum
tunſione occumbit. Hos inter ſtrepitū & vociferationes Fr.
Clemens juuenis Clericus reſectorium egressus , mox quoque gla-
dijs , haſtilibus , & id genus armis pluries vulneratus & confoſſus
piè exſpiravit. Tum alijs , ſacrорum prædæ inhiantes , Eccleſiam
& Sacriſtiam perquirunt ; nè autem pretioſa DEITATIS Mar-
garita projiceretur ante porcos , P. Joannes Martinetz , Hispanus ,
officiō Sacriſta , iuſtissimô inflammatus zelô eodem accelerat , &
apprehensō Venerabilis Sacramenti Vafculō , illud occultare ni-
titur ; obvius verò ijsdem prædomibus factus , cùm Panem filio-
rum , quanquam multis jam exceptis plagis , à canibus ſibi eripi
non pateretur , manu SS. Eucharistiæ bajulatrice mutilatur ; quo
caſu ſacræ Hoftiæ ſuper humum ſparsæ ſunt ; quas dum facrilegi
irreverentissimè conculcant ac blaſphemant , devotus cultor fan-
guini ſuo innatans tam diu piijſſimè adorat , donec ſpiritum DEO
redde-

redderet. At insatiabiles orci furiæ plus adhuc sanguinis sitiunt: hinc valetudinarium ingressi, ægrotantem P. Simonem, Gallum, Nationis suaæ Poenitentiarium, ibidem atrocissimè trucidant. Demum Fr. Joannem Laicum è latebra officinæ cuiusdam eductum, unà cum P. Bartholomæo à Bergamo, qui tunc eis oecurrerat, foras pellunt, qui post toleratas calumnias & fustes pari crudelitate ab eis interrimuntur. Fr. Hieronymus à Mediol. Cleric. Diacon. ante Aram DEIPARÆ flexo orans poplite, & ad Consolatrix afflictorum pro morte beata suspirans, æquè gladijs & bipennibus impiorum sicariorum transverberatus, animam in manus Domini sui emisit.

Tot jam è vita pro exasperato hæreticorum insariantium genio feroçissimè sublatis, superstitem adhuc P. Fridericu Bachstein, Conventu Vicarium (nam P. Ægidius Schmout, Loci Guardianus, Mechliniæ oriundus, cum F. Henrico paulò antè Viennam negotiorum causâ discesserat) cum alijs sex Fratribus investigant; qui ad tam immania facinora incredibili concussi pavore sub tectum Templi fese abdiderant; ubideprehensi quinque ipsorum dirissimè necati sunt, & corpora defursum in terram projecta. Quia verò P. Fridericus Vicarius, & præterea Frater unus, per turris fenestram super tectum Ecclesiæ exscenderant, ambo bombardarum iictibus trajecti deorsum præcipites ruerunt. Et licet jam undique pavimenta Conventu, parietes, gradus, ipsaque tecta sanguine rubuerint, neque ullus Fratrum in vivis superfuerit; non tamen quievit hic hæreticæ feritatis barbaries, verùm amplius in occisorum corpora ad horrorem concisa ac dilaniata ministri Sathanæ defæviere; eaque hinc inde raptata, Religiosis etiam vestimentis denudata, adventantis plebis curiositati per integrum triduum adhibitis ad ea vigilijs, in loco publico propudiosè exposuere. Quæ deinde piissima Domina de Sternberg, D. Henrici de Piznitz, Vice-Cancellarij Conjunx, tanquam misericors Maximilla, in Sacello B. V. M. quod nunc est S. Michaelis Archangeli, linteaminibus honorificè involuta, humi clàm sepelienda curavit. His interim tam sceleratè patra-

tē patratis , cæteri more nefariorum Iconoclastarum Ecclesiam
ornatu suo spoliant , sacra vasa & paramenta diripiunt , quævis
profanant , claustrum deprædantur , & in consummatum Catho-
licæ Fidei iudicium sacratas induiti vestes Triurbem percursant ,
atque in plausibilius bacchanaliorum spectaculum taliter amicti
histrionam per tabernas & fora exercent . Quod autem hosti-
bus infame & probrosum visum est , ostendit Pater coelestis pla-
citum esse ante se : siquidem B. V. M. facellum , in quo aliæ servi
D E I laudibus Divinis vacare consueverant , splendore cœlitùs
emisso illustratum fuit . Et quod admirabilius , ipsorum etiam
inimicorum assertione comprobatum , dum quidam per rimas
forium Ecclesiam curiosius inspiciunt , XIV. Fratres in Habitu
interfectorum cereis accensis obambulantes , Deumque collau-
dantes , multas per noctes conspiciunt & observant . Qui vidit ,
testimonium perhibuit , videlicet Marianus de Orsclar ; & his
proculdubio impulsus eundem S. Ordinem S. Franc. Strict. Ob-
serv. postmodum amplexus est , & hæc visa in suis Chronicis l. 4.
c. 31. quæ testis oculatus fideliter annotavit .

Porrò ad instantiam Eminentissimi D. D. Cardinalis de Di-
trichstein , præsente quoque statuum Nobilium multitudine ,
quinquennio post necem pro Christo suscep tam , corpora eo-
rum effossa , cum stupore & lachrymatione omnium adstantium
recentibus vulneribus reperta , nullum tamen graveolentem at
suavem exhalasse odorem animadversa sunt . Quæ R. P. Geor-
gius Crugierius Historiâ Sacrorum Pulverum Mense Febr. pag.
279. describit , martyriumque cum apparitione memorata simi-
liter enarrat . Quibus permota Augustissima Imperatrix ANNA ,
MATHIÆ Cæfaris Conjuncta , in venerationem eorundem magni-
ficum construere Mausolæum proposuit , sed immaturâ præven-
ta morte pium desiderium in opus redigere nequivit .

sæCVLVM DoLoRIs
ConCVrsVM proDat honorIs,
ACCeDat VersVs aMorIs ;
nVnC Cessat DogMa paVorIs ,
CVM Conſtent Dote faVorIs
Coronæ QVatVorDeCIM :

Scilicet

VENERABILIUM FRATTRUM MARTYRUM,
Ex Sacro Ord. S.P. FRANCISCI Strict. Observ.

Quorum passi sunt

ANNO ISTO

QVatVorDeCIM

Summa & Annus: M DC VVI. seu 1611.

CARMEN APOLOGICUM.

Heroës gelidum sunt *Quadraginta* Sebaste
Ingressi stadium, sed caluere Fide.
Martia ferre timens concreti frigora stagni.

Attamen in tepidas defilit unus aquas.

Panditur interea Domus omnipotentis Olympi,

Et triginta novem ferta sub axe micant.

Janitor his visis inquit, cur una Corona

Deficit? & vacuum mox subit ipse locum. (a)

Ingressi stadium Fratres *Quatuorque Decemque*,

Ad rigidas olim contremuere Nives.

Nonnullis dubius justas timor addidit alas,

Nè temerè caderent, distinuere necem.

Præful

(a) *Brev. Rom. X. Martij.*

Præfus Nolanus latuit sic Maximianus,
Et Felix latebras quæsijt ipse suas. (b)
Fugit Arianam constans Athnasius hydram; (c)
Hostibus & debet se dare nemo suis.
Cùm tamen à coelo decretum tempus adesset,
Objecere animas Gens sociata suas.
Numinis at dono non defuit ulla *Corona*,
Mors sociat cunctos, tota *Corona* manet.
Quos sociabat amor, numerus completus ad Annum
Hos qVatVorDeCIM
Esse petebat.

SEQVUNTUR ANAGRAMMATA MARIANO - NIVENSIA.

Programma.

SANCTA MARIA AD NIVES.

Anagramma I.

Acies armata inundas.

Ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. v. 3.

Heu ! quid agis Virgo ? cur non procedis ad *arma* ?

Siccine fers *Aciem* subdere colla tuam ?

Undique purpurei torrente cruoris *inundas* ;

Nunc ad sanguineas ergo vocere *Nives*,

Nunquid *Dilectos* (Bellona sacratior inquit)

Albo - purpurcos (d) condecet esse meos ?

Anagram-

(b) *Brev. Rom. XIV. Januar.* (c) *ibid. II. Maij.*

(d) *Cant. 5. v. 10.*

Anagramma II.
Unica Dia Mater sanas.

Te direxit in vulnera. Judith. 13. v. 24.

Quæ furor hæreticus terebravit vulnera natis,
Sanavit *Mater Dia* malagma tuum.

Non infirmorum tantum, sed & esse *salutem*
Te defunctorum Virgo medendo probas.

Anagramma III.

In Diva Mensa sacrata.

Pones super mensam panes propositionis. Exod. 25. v. 30.

Bellua *sacratam* licet ejicis impia *Mensam*,

Et calcas rabido cœlica dona pede;

Attamen illa *latens* (e) *bodie proponitur* esca, (f)

Currit adoratum candida turba DEUM.

Anagramma IV.

Diva Arca manes natis.

Reducam Arcam cum benedictione in domum meam.

2. Reg. 6. v. 12.

Illa Philistæos quæ stravit morte, salutem

Davidicæ domui foederis Arca tulit.

Omnibus extinctis crudeli funere natis,

Te F R A N C I S C E tamen foederis ARCA manet,

Foederis Arca tuæ domiti benedixit, in hostes

Vibravit poenæ fulmina justa suæ.

Anagramma V.

A ramis unita candreas.

Si radix sancta, et rami. Rom. 11. v. 16.

Ascia perfidiæ detruncat ab arbore ramos,

Et putat unitum se jugulasse genus,

Falleris;

(e) S. Thom. Aqu. in Rhytm. Adoro Te. (f) Idem in Hymn. Lauda Sion.

Falleris ; intactâ frondes radice recrescunt ,
Incrementa dedit , qui dedit esse prius.

Anagramma VI.

Auditas in Rama necas.

Vox in Rama audita est. Matt. 2. v. 18.

Audita in Rama vox est sua pignora flentis,

 Ah *Rachel* viduo plena dolore gemit.

Felicem mulier noli plorare ruinam,

Insons occasus clarior ortus erit.

Anagramma VII.

An Aram secta invadis?

Intravit in sanctificationem cum superbia. 1. Mach. 1.

v. 23.

Audit ferox *sectarius*

Novos adesse Milites,

Qui nomen adversum regant,

Teneantque PAPÆ dogmata.

Exclamat amens asseclis,

Successor instat , pellimur:

Satelles i ! ferrum rape ,

Nivésque tinge sanguine.

Quid proficit tantum nefas ,

Quid crimen hæresim juvat ?

Fides tot inter funera

Impunè sancta tollitur.

Salvete flores Ordinis ,

In lucis ipso limine.

Quos turba Pragæ sustulit.

Ceu turbo nascentes rosas.

Anagram-

Anagramma VIII.

Venas in Aram dicatas.

Quis separabit? - - - an gladius? Rom. 8. v. 35.

Aspice victricem diverso vulnere gentem,

Pars hæc ense perit, fustibus illa cadit.

Altera pars hastis configitur, ista globorum

Grandine trajicitur; sanguine cuncta madent.

Si tua vera fides, ô cœce tenebrio! (g) ad aras

Pro Christo venam perge dicare tuam.

Anagramma IX.

Cantas mira ad vineas.

Canticum patruelis mei vinea sua. Isai. 5. v. I.

Vineæ dic quæ sint (h) Patruelis cantica Christi?

Ut puto tale suo fundit ab ore melos:

Si Vitis (i) patitur, palmes patiatur, oportet,

Æmula purpureum sic feret uva merum.

Anagramma X.

Si cruenta Amas Diana?

Magna Diana Ephesiorum. Act. 19. v. 28.

Programma: *Magna Diana Ephesiorum.* Anagramma. Ab DEO
anima Pragenium

Unde cruentatam Divam te cerno Dianam?

Concidit à telo num fera fortè tuo?

Quando meis, inquit, fueram venata catellis, (k)

Illos vulnificus dilaniavit aper. (l)

Corpora dilanians animas transmisit ad astra;

Sic animat sunimus mortificando DEUS.

B 2

AN-

(g) Apostrophe ad Novatores. (h) S. Hier. & alij passim per Patruelem accipiunt Christum. (i) Joan. 15. (k) S. Joannes Capistr. prophetat de redditu Fratrum suorum ad Urbem Pragensem (pulsi enim fuerant ex Monasterio S. Ambr. binis vicibus per varios sectarios) his verbis: Ego Pragam venire non possum, brevi tamen tempore Catuli mei intrabant. (l) Psal. 79.

ANNUS PASSIONIS
VENERABILIMUM MARTYRUM,
In sequenti S. Scripturæ textu Chronographicè
continetur:

AZOR AVTEM GENVIT SA DoC.

Summa &
Annus.

Matth. i. v. 14.

M DC VVI. seu: 1611.

O D E
ACROSTICHO - SAPHICA.

Generationes Quatuordecim. Matth. i. v. 17.

P Andimus Librum Generationis
Testium Christi Quatuor Decemque,
Quos sacro partu genuit Minorum
Stricior Ordo

R Egiam terræ canimus Boëmæ,
Et novam primò memoramus Urbem;
Ad Nives DIVÆ juvat irretortum
Figere visum.

A Rduam frendens ibi turba pugnam
Commovet, veræ pietatis osor
Impio morsu lupus innocentes
Lancinat Agnos.

G Ignit Adjutor (m) DEUS ecce Justus; (n)
Sic mori non est inhumare vitam:
Nascitur, quisquis moritur superni
Regis amore.

A Quitas causæ meritô triumphat;
Ergo Grex nullum timeas pusille:
Nam placet Patri tibi gloriosum
Tradere regnum. (o)

TEX.

(m) Azor interpretatur Adjutor. (n) Sadoc idem quod Justus. (o) Lnc. 12.

TEXTUS S. SCRIPTURÆ
Exprimens Chronographice Annum Passionis
VENERABILIMUM FF. MARTYRUM
reasummitur in
PROGRAMMA.

Azor aVteM genVIt saDoC.

Anagramma I.

Tutè à corde agonizamus.

O! ter felicem Fraternæ cædis *agonem*,

Quando duellabant vitaque morsque simul.

Mors devicta fuit rumpendo stamina *vita*.

Vita tamen palmam sic *moriendo* tulit.

Anagramma II.

Egomet naturâ Zodiacus.

Solis agis Francisce vices, tua *Cynthia* Clara est,

Isti nec desunt astra minora polo.

Zodiacus duodena gerit tantummodo signa,

Augetur vestrum sicut arena genus.

¶. Imposterum locolitteræ Z. assummitur more veterum littera S. in Anagrammatibus.

Anagrammata.

1. A asto VICtores agenDVM!

2. Agent Vos oDla seCtarVM.

3. ADest! te granVM saVClo.

4. Nè MetVas , os gratla DVCo.

5. Et VIros De TaV agnosCaM.

6. Do VIrtVte Meâ , agnosCas.

7. Vls Mea Dote agnosCatVr.

8. GaVDete! sVM Ista Corona.

9. VIsv Date gesta CoronaM.

10. o ! este gaVDla sanCtorVM.

Exegesis

Exegetis Anagrammatum.

Omnia principians *asto victoribus Alpha.*

Omega (p) sic luctæ debuit esse bonum.

Insectans odijs Sectantes sidera sedæ,

Ceu insectæ solent, ruimpitur invidiâ.

Mortua grana cadunt (q) in terram, iterumque resurgunt;

Saucia fructiferum semina germen habent.

Nè metuas invicta phalanx, os gratia duco.

In vobis loquitur spiritus, (r) ora tacent.

Nosco viros de Tau (s) in gaudia verto dolores,

Vos quoque virtutem noscite dote meam.

Nosco viros de Tau, geritis signacula Patris, (t)

Quæ Tyro meruit, signa Magister habet.

Gaudete ô Fratres ! dant fortia gesta Coronam,

Gaudia Sanctorum Finis & Alpha dedit.

Ex eodem Programmate.

Alia Anagrammata.

1. sto DeVs, aC te Marla Vngo.

2. Ea Vlrgo & DoMVs sanCta.

3. o ! Vna Marla CVstos Deget.

4. Rosa agat CVstoDeM nlVe.

5. Reglna Vos DVCer aMatos.

6. Vt Cos ago Mater aD nlVes.

Exegetis Anagrammatum.

Est DEUS afflens, Athletas ungo Maria,

Conflictus referet certa trophæa meus.

Una Domum Sanctam custodio Virgo, recisus

Nec pilus (u) ad roseas sidet in ima Nives.

(p) Oweno Daffyl. (q) Joan. 12. (r) Matth. 10. (s) Ezech. 9. (t) Breviar.

Franc. habet: Crucis signam Tau littera fronti Francisci scribitur. (u) Matt. 10.

At *Regina* poli quo trámite ducis amatos?

Nam fera sic ductas pessima (w) mactat oves?

Instar cotis ago, Mater respondet amatis,

Exacuens gladios in nova monstra meos.

Alia Anagrammata.

1. Ego asto DeCas, trla, VnVM.
2. AVe! TV nos gratlaM DoCes.
3. AVt eò nos gratl CaDeMVs.
4. o! tIngeMVs VaFa CorDate.
5. GaVDet aMor, VlnCet offa.
6. o! Vos gens arMata DVClte.
7. o! gVstaVI De saCraMento.
8. Cor Val DEO, state! agaMVs!
9. AVgVsto DEI saCraMento.
10. IVsto DEO grata CanaMVs.

Exegissis Anagrammatum.

Ecce *Decem & Quatuor* stamus quos Virgo vocasti,

Adsumus obsequijs turba pusilla tuis.

Mater ave! vel eò grati nos morte cademus.

Supponit lævam *gratia* sancta manum.

Ducite nos *armata* cohors! tingemus honoris

Vasa, offa & carnem vincere gaudet amor.

Sacramentalēm dignè qui gustat Amorem

Cor cupid ille uni sacrificare *DEO*.

Numinis *Augusto* sit gloria *Sacramento*!

Cantica nos *justo* grata canamus Hero.

Alia

(w) *Genes.37.*

Alia Anagrammata.

1. O! stlgMata DV Cere o Vans.
2. CVM à te orDo sangVI s eat.
3. TrVCIDat Mea , oVes , agnos.
4. Dato CasV aVget MInores.
5. AgMen Casto sV DaVlt ore.
6. Is tVVs agon Mea DeCorat.
7. Magno aVsV CertatIs DEO.
8. o ! MVsICa resonat , gaV Det.
9. Gesta , DV Ces , roMa notaVI.

Exegetis Anagrammatum.

Diligit agnatum semper Minor Ordo colorem.

Stigmata quem decorant *sanguine* tinteta Patris.

Et fluit hic rursus, tamen *augens* membra Minorum,

Perfida cùm *niveas* secta trucidat oves.

Ore gemens *casto* quondam *sudorevenat agmen*,

At modò FRANCISCI castra decorat agor.

Est *magnus* plausus subdit*v certaminis ausus*,

Musica plus resonat, quò magis erro tonat.

Quò plus Gens audet, plus & Provincia gaudet,

Omnia ritè notat, Romaque gesta rotat.

PRO-

PROGRAMMA SCRIPTURISTICO CHRONOGRAPHICUM

Pro Anno 1711.

Qui est à Martyrio Venerabilium Fratrum nostrorum
CENTESIMUS.

sapientia In ore fidei Is Complanabitur.

Eccles. 34. v. 8.

Ex quo fit

ANAGRAMMA

CentVM ei anni post prælia fIDI LaborIs.

Glossa Textus.

Bellua multorum capitum , sibi dissona doctrina

Hæresis , in sparso dogmate nulla sapit.

Hæreticus nunquid fuit ullus *in ore fidelis* ?

Non fuit ; inde *salis* nil *sapientis* habet.

Ponit *in ore* suam *fido sapientia* sedem,

Et *consummatio* (x) efficit illa viros.

Sinceræ Fidei *plane* vult dogma *doceri*, (y)

Debet & *anfractu* (z) vera carere Fides.

Hâc *contemplatâ* , (1.) doctaque *fideliter* , Illi

Projecere animas , legis amore , suas;

Illi qui socios *complantavere* (2.) *Nivenses*,

Plantaque durat adhuc , quam rigat ille cruor.

Celi organo (x) *Annus*

(x) Locò *complanabitur* , Græca habent *consummabitur*. (y) Lyranus : *complanabitur* , id est : *plane* *decebitur*. (z) Janzen. *compl.* i. e. *nullos erroris anfractus continens*. (1.) S. Aug. in speculo legit : *contemplabitur*, (2.) Rabanus : *complantabitur*.

Annus seculi.
Acto fædo est præsens CentesIMVs AñVs,

Annus Martyrij.

prælia tam fIDI qVanta LaborIs lbi!

PROGRAMMA FINALE,

Complectens omnia Nomina Venerabilium MM.

Fridericus.

Hieronymus.

Christophorus.

Joannes.

Casparus.

Didacus.

Simon.

Jacobus.

Emanuel.

Bartholomæus.

Clemens.

Joannes.

Joannes.

Antonius.

ANAGRAMMA.

Sub his honoris rofis in vasta valle.

Servos felices astra coronamus;

Animæ in manu DEI,

Corpora in pace sunt;

Ob hoc

Decens Hymnus DEUM in Sion.

EPIGRAMMA.

Vestrar ecce rosas Ordo devotus honorat,

Non vult sub tacita quas latitare rosa.

O! rosa, quam multo vos constitit illa crux;

Nempe rosam abs spinis carpere nemo potest;

Felices igitur servos hanc astra coronant;

Ex horto proprio florulus iste fuit.

Non fuit ex proprio, Dominum cognoscite vestrum,

Omnis ab excelsa gratia fonte fluit.

Interea

Interea gaudent in vasta valle quiete

Corpora, pars melior quæ meliora capit.

Te Laudare DÉUM (3) confevit abinde quotannis
Ad sanctæ rubeas Virginis Ordo Nives.

§. Sunt tam in Programmate quæ Anagrammate, nec pauciores,
nec plures litteræ :

A.10. Æ.1. B.2. C.6. D.3. E.9. F.1. H.4. I.11. L.3. M.5. N.12. O.11.
P.2. R.7. S.15. T.3. V.9. Y.1.

Summa 115.

PARERGON, EPGRAMMATICUM.

I.

Patiuntur Dominicā Quinquagesimæ.

Per quinquaginta (4) numeros signatur id unum :

Cœlesti accensos igne fuisse viros.

II.

Ipsâ Dominicâ legitur Evang. *Ecce ascendimus*
Jerusalem, & consummabuntur omnia. Luc. 18.

Ecce novæ superas Solymæ concendimus arces,

At primitus irmitis nex toleranda fuit.

III.

Apparent post mortem processionaliter eentes.

Ordine non solito fuit hæc Processio dueta :

Constat námque crucem quémque tulisse suam.

IV.

(3.) In Anniversario eorundem Martyrij instituitur Processio cum Vener. Sacram.
ad S. Mariam ad Nives, cum decantatione hymni Te Déum Sc. (4.) 4. Reg.

IV.

Ijdem videntur cum accensis cereis.

Qui Fidei lucem cæcos docuere Magistros ,
Post sua sidereum funera lumen habent.

V.

Effosa eorum Corpora suavem exhalant odorem.

Quas fallax nusquam coluber corruptit , in illis
Non potuit partem fætor habere suam.

VI.

Effossa post 5. annos Eorum Corpora adhuc re-
centia habebant vulnera.

Visa recens fuerat post tempora longa cicatrix :

Qui non erubuit dicere vera , rubet.

VII.

Eodem die erat festum SS. MM. Faustini & Jovitæ.

Programma : Faustinus & Jovita : Anagramma :

Os vetus finitâ vitâ.

Durat finitâ vetus os per sœcula vitâ ,

Quæ super astra manent , non minus ora canent.

Ità

oCCVrrente anno IVbILæo ;

IVbILans DEO saLVtarI nostro ,

IVbILabat , Lætabat VrqVe

ConVentVs ChristIparæ

Pragæ aD nIVes.